Decertantem aquilonibus:
Nec triſtes hyadas: nec rabiem noti
Quo non arbiter adriæ
Maior tollere ſeu ponere uult freta
Quẽ mortis timuit gradum:
Qui ſiccis oculis monſtra natancia:
Qui uidit mare turbidũ: et
Infames ſcopulos Acroceraunia
Nequicq̃ deus abſcidit
Prudens oceano diſſociabili
Terras: ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliũt uada
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitũ nefas:
Audax iapeti genus
Ignẽ fraude mala gentibus intulit:
Post ignẽ ætherea domo
Subductũ macies: et noua febriũ
Terriſ incubuit cohors
Semotiq; prius tarda neceſſitas
Leti corripuit gradum:
Expertus uacuũ dædalus aera
Pennis non homini datis
Perrupitq; acheronta herculeus labor

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 57v – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0172/57v)